



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli Novarvm Epistolarvm Libri Septem

Francisco <de Javier>

Romæ, 1667

Epistola IV. Eidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46129)

EPISTOLA IV.

EIDEM.

CVm certas facultates & Privilegia
 Summi Pontifices Societati IESV per
 Præpositos Generales communicanda conce-
 ferint : & Pater Noster Ignatius diploma-
 tum, quibus hæ concessiones exprimuntur,
 exemplis ad me missis, etiam potestatem
 mihi tribuerit, eos è Nostris quos rectè usu-
 ros istâ gratiâ censuerim, ejusmodi Ponti-
 ficiorum munerum participatione per me
 aut alios adspargendi : Ego existimans tum
 Te, Magister Gaspar Rector hujus Colle-
 gij Goani, tum eos qui tibi subsunt, ha-
 rum attributione facultatum plenius in-
 struendos ad tantò uberiorem reportandum
 proventum animarum, quarum in culturâ
 versamini, idcirco & eas ipsi Tibi plenè
 communico ; & confisus tuâ satis perspectâ
 prudentiâ, committo insuper eidem tibi
 vices meas, ut omnia ista Pontificijs Bul-
 lâ signatis literis indulta nobis Privilegia,
 omnis generis, dispensare ac impertiri pos-
 sis quibus & quatenus ad Dei Domini No-
 stri

510 S. FRANCISCI XAVERII
ftri majus obsequium expedire judicaveris.
Goæ VII. Idus Aprilis CIOIOLII.

Franciscus.

EPISTOLA V.

EIDEM PATRI GASPARI GOA-
NI COLLEGII RE-
CTORI.

VT istâ quam tibi demandavi Goani
hujus Collegij & Sociorum per hos
tractûs gubernatione, rectè ad tui & alio-
rum animi fructum defungi valeas, hac
in procinctu peregrinationis longinquæ,
scriptò expressa mandata relinquenda tibi
censui, quæ te majorem in modum velim
sæpius absente me legere, memoriâque
præsenti semper amplecti: quod horum
ductu consilioque Monitorum in omni
cujusquemodi negotiorum administratione,
ad eum quò unicè aspiramus Divinæ maio-
ris Gloriæ scopum te utiliter dirigendum
existimem.

Ante omnia satage ut in continuo in-
timæ tui depressionis sensu defixum teneas
ani-